

column. 149. totius tractatus, versic. 5. *quæro*, ubi post Baldum in capit. 1. in princ. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* tenet, quod possit dari in solutum per iudicem, salvo tamen semper canone domini: sed advertet, quia videtur dicendum contrarium, imo, quod requirendus sit dominus, qui fortassè velit solvere debita, et quod sibi assignetur in solutum; et non est ratio, cur in hoc aliud sit dicendum: quod enim fit per iudicem, fieri videtur per debitorem, l. *si ob causum* 13. *C. de emtion. l. eleganter* 24. in princ. *D. de pignor. action.* et cum emptor habeat causam à debitore, servanda est huius legis dispositio, ac si ipse debitor venderet, l. *Julianus* 15. §. *idem Celsus* 17. *D. de actionibus empti, l. is qui* 31. *D. de usufruct. legat.* et hoc tenet Bald. consulendo, consilio 506. volum. 1. verba *investituræ*, etc. et licèt loquatur, quando fuit factum pactum de non alienando, nisi requisito domino; tamen idem est, et si cesset tale pactum expressum, cum hoc sit de naturâ contractus, et dispositione legis, et militat eadem ratio.

Quid si vendat, dicens: Vendo tibi, si, et quantum de jure possum, et non aliter? Bald. in capit. 1. §. 4. colum. 4. versic. *sed pone, quod vendidi*, etc. *de successione feudi* loquens in feudo tenet, quod per ista verba excusetur à pœna caducitatis, argum. l. *si me in vacuum* 54. et l. *qui absenti* 58. §. 4. *D. de acquir. possess.* etiamsi quando tradit, sit oblitus excipere jura domini, quæ in ipso contractu excipi deberent, argum. l. *si binarum adium* 55. *D. servitut. urban. prædior.* quod dicit esse verum, nisi aliqua captio domini posset intervenire per corporalem traditionem, puta, si esset casttrum, quod vix dominus recuperare poterit: nam dolus est in traditione, et ideò purgari debet per amissionem feudi, quoniam confictæ, et simulatæ protestationes nihil operantur: imò fraudem augent fictiones, ut *D. de jure patron.* l. *si libertus* 16. et quod per ista verba excusetur emphyteotæ à pœna caducitatis, tenet Jaso referens Bald. ubi supra (licèt non ita latè, ut dixi) in dicta l. fin. colum. penult. versic. 23. *quæro*; tu adde Bald. in cap. 4. §. final. *quæ fuer. prima caus. benefic. amit.* versic. *sed pone*, ubi ponit eandem questionem in feudo, et concludit, quod licèt clam fieri videatur, cum non denunciatur domino, et in præjudicialibus non juvet protestatio; tamen cum adjicit hæc verba, *non aliter. neque alio modo* (quia tunc nihil videtur actum) fortè non perderet feudum: nam constat, quod non intendit aliepare, nisi possit, juxta notata in simili in l. *si quidem* 9. *C. de exception. et in l. item Labeo* 22. §. 1. *D. famil. ercise.* et argum. l. *si locupletis* 37. *D. de manum. testam.* et idem dicit, si vendit sub conditione, si consensus domini accesserit, secundum Albericum in dicta l. fin. colum. fin. per l. final. *C. de fundis patronim.* libr. 11. tradit Jaso in dict. l. fin. col. fin.

Et quid si alienatio sit nulla, sed de facto invalidè celebrata? Dic, quod talis alienatio non induceret pœnam caducitatis, l. *ea quidem* 5. *C. si mancip. ita fuer. alien.* l. *continuus* 157. §. *cum quis* 6. *D. de verb. oblig.* Specul. tit. *de locato.* §. *nunc aliqua*, versic. 95. Bart. in l. final. §. *sin autem.* *C. commun. de legat.* Baldus in l. 2. *C. de Episcop. audient.* Alexand. consil. 99. colum. fin. vol. 5. ubi et vide per Alexand. an si alienatio fiat pro parte, cadat in totum à jure emphyteotico; de quo ultimo vide etiam per Jasonem in dict. l. final. versic. 15. *quæro*, penult. carta. intellige etiam istam legem de vendente, sciente qualitatem rei, qui erat emphyteotica; nam secus si ignoraret, ut tradit Jaso in dict. l. fin. versic. 15. *quæro*, colum. 154. totius tractatus, et adde Decium consil. 528. colum. fin. per quem vide, cui incumbat probatio scientiæ, et per Bald. in capit. 1. §. *si vassallus feudum* in fin. *si de feud. fuerit controvers. inter domin. et agnat.* Et an ex venditione facta per patrem, qui receperat pro se, et filiis, et nepotibus, præjudicetur illis? Vide Bart. quod sic, in l. 1. ad finem, *D. de interdict. et relegat.* et vide Bald. in l. *adoptivum* §. *patronum*, *D. de in jus vocand.* Et quid si sit minor, qui vendidit? Vide Bald. in l. *rem quam*, *C. si adversus vendit. pignor.*

(4) *Al Señor.* Et si sunt plures domini, omnium tenetur requirere consensus, quando sunt domini pro indiviso, vide per Joannem Andr. in addit. *ad Specul.* tit. *de locato.* §. *nunc aliqua*, versic. 72. super parte *fisci*, et per Jason. in dicta l. final. versic. 12. *quæro*, 153. colum. totius tractatus. Et quid si plures domini requisiti unus velit pro se retinere, alius verò non? Vide per Alberic. in l. *si duo patroni*, in princ. *D. de jurejur.* Jason. ubi supra, et in l. *stipulationes non dividuntur*, colum. 14. *D. de verb. oblig.* nam si vult totam rem retinere, et totum pretium solvere, benè auditur, per textum notabilem in l. *in bello* 12. §. *si servus plurium* 15. *D. de captiv.* Et an suf-

ficiat, quod emphyteotæ uxoris denuntiet ejus marito? Dic, quod sic, per l. *aut qui aliter* 5. §. *sed et Servius* 5. juncta gloss. 1. *D. quod vi, aut clam*, declarando, ut ibi per Bart. tradit Jaso dict. l. fin. 17. quest. 153. colum. totius tractatus: et quod emphyteotæ emphyteotæ requirere debeat consensus domini principalis, vide Azon. *C. eod.* in summa, et Gloss. in dict. l. fin. et per Bald. in l. *si permittente*, *C. ad Macedon.*

(5) *E quanto es.* In dicta l. fin. à qua ista sumpta est habetur, quantum pretium ab alio revera accipi potest: si ergò veritatem pretii non notificat, sed aliquid falsitatis admiscet, undè dominus nollet emere, caderet emphyteotæ à jure suo, ut notat Salicet. in dict. l. fin. et Specul. tit. *de locat.* §. *num aliqua*, versic. 92. et vide per Jason. in dict. l. fin. 6. et 7. notabili.

(6) *Que le nox queria.* Quid si non constat de expresso consensu, seu licentia: sed apparet, quod dominus longo tempore recepit pensionem ab emptore, cui vendidit emphyteotæ? an per hoc presumatur, dominum consensisse venditioni? Vide Alexand. consulentem, quod sic, consilio 145. volum. 4. Et nota hic, quod sufficit, quod dominus dicat, se nolle emere, licèt non det licentiam vendendi, ut tenet Specul. in dict. §. *nunc aliqua*, versic. 100. *quæro*: et idem probatur hic, etsi dicat nolo retinere, quia non est ulterius expectandus, licèt Spec. versic. 101. teneat contrarium; tamen Joan. Andr. ibi in additionibus, tenet primum, per dictum cap. *potuit*, et benè secundum Jason. in dict. l. fin. 8. notabili, col. 120. totius tractatus. Et quid si post licentiam domini emphyteotæ per annum, et amplius distulit venditionem? Distingue, ut per Joan. Andr. in addition. *ad Specul.* tit. *de locato*, dict. versic. 101. dict. §. *nunc aliqua*, quem sequitur Jaso ubi supra proxime dixi.

Sed quid si vendidit de consensu domini, sed postea agit tanquam deceptus remedio l. 2. *C. de rescindenda vendit.* et l. 56. tit. 5. supra ead. *Partit.* et ita consequitur rem. vel vendidit cum pacto de revendendo, et postea reemit? an in ista bona translatione domini requiratur consensus domini? Vide per Baldum novell. in tractatu *de dote*, fol. 41. colum. 1. ubi tenet, quod non: et ibi tractat illam questionem, an consensus præstitus per dominum, quod res emphyteotica alicui daretur in dotem, sufficiat, sine eo quod iterum dominus consentiat, quando soluto matrimonio dos traditur mulieri; et tenet, quod sic, ex eo, quia qui voluit antecedens, videtur velle et consequens, l. *illud* 77. *D. de acquir. hæredit.* l. *quamvis simpliciter* 15. *C. de fideicommis.* Advertet tamen quoad id, quod dicit Bald. novel. quando rescindatur venditio ex remedio l. 2. vel ubi reemitur; quia ipse nihil allegat pro hoc dicto; et videtur quod saltem in eo, quod dicit de pacto de revendendo, non benè dicat, juxta ea, quæ notat Alberic. in l. *ab emptione*, *D. de pactis*. ubi Jaso fin. colum. est enim reemptio secunda venditio, et de ea debet habere dominus suum laudemium: non enim resolvitur contractus; sed rescinditur ex pacto primus, et fit secundus: procederet tamen dictum Baldi novelli, quando dominus, qui primus venditioni dedit licentiam, fuit certificatus, vel conscius pacti de revendendo: quia tunc primus consensus extendit se ad secundam venditionem; benè facit pro hoc, quod dicit Bald. in l. fin. §. *sed quia nostra majestas*, *C. commun. de legat.* versic. *quærit hic Dynus*: quando vero rescinderetur ex remedio l. 2. tunc bene videtur procedere dictum Bald. novel. cum tunc non sit secunda venditio, sed rescisio primæ, per supra dicta.

Et quid si facta jam venditione, dominus ignorans illam esse factam, consentiat venditioni, tanquam fiendæ? Dic, quod non suffice- ret, neque evitaretur ex hoc pœna caducitatis, secundum Paul. de Castr. in l. *si quis filio exheredato*, §. *irritum*, *D. de injusto rupt.* si tamen dominus esset conscius de venditione, videretur secundum cum renuntiasse pœnæ commisse, argum. l. *post diem* 7. *D. de leg. commissor.* et l. 2. in princip. *D. si quis caution.* et adde Alexandr. consil. 146. colum. 2. volum. 5. Nota etiam, quod non videtur dominus, qui dat consensum emphyteotæ, ut vendat, renuntiare suæ proprietati: vide Bald. in prælud. *feud.* colum. pen. et in cap. 5. §. *preterea*. quibus mod. *feud. amit.*

(7) *O lo callasse.* Quando ergò non tacet, sed statim exprimit se nolle emere, non est expectandus lapsus duorum mensium, ut hic patet, et in dict. cap. *potuit*, ubi Joan. de Imol. et Abb.

(8) *Dos meses.* Sed an possit dominus post duos menses moram purgare? Joan. Andr. in addit. *ad Spec.* dict. §. *nunc aliqua*, versic. 101. tenet, quod sic: et vide per Jason. in dict. l. fin. col. 120. totius tractatus.

(9) *Tan ligero.* Nota benè hoc verbum, quia idem dicebat Joan. de Imol. in dict. cap. *potuit*, colum. 8. et Jaso in dict. l. fin. colum. 145. totius tractatus.

(10) *Como del mismo.* Vide infra.

(11) *Empeñar.* Approbat opinionem Gloss. in l. fin. *C. eod.* super verbo *aliis vendere*: et nota hanc legem, quia addit in hoc, quod pignoratitio fiat personæ non prohibita; quod verbum, neque in l. *tutor* 16. §. fin. *D. de pignor. action.* neque in l. *lexvegitati* 51. *D. de pignor.* neque per Doctores ita reperies declaratum. An autem emphyteotæ possit alii in emphyteosim concedere sine consensu domini, vide per Jason. in dict. l. fin. col. 148. totius tractatus, ubi refert. Spec. et alios, quod non possit hoc facere sine consensu domini: quod limita, et intellige, nisi alienaret suas commoditates, retento sibi utilidominio, secundum Bald. in dict. l. fin. per text. in l. *necessario*, 8. §. fin. *D. de peric. et commod. rei vendit.* vide per Jason. in dict. l. final. col. 116. totius tractatus. Sed an plures emphyteotæ possint interesse alienare, irrequisito domino? Bart. in l. *cum hi* §. *si uni*, *de transact.* et in l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, *D. de verbor. obligat.* tenet, quod sic, et idem tenet Joannes de Plat. in l. 1. *C. de impon. lucrat. descript.* lib. 10. et in l. 2. *C. de execut. et exactor.* lib. 12. alii verò tenent contrarium, ut refert Jaso in dict. l. fin. col. 150. ubi vide per eum; per quem etiam vide col. 145. et 126. totius tractatus, an possit filia, vel extraneæ concedere in dotem: vide ibi.

(12) *Non le deve tomar.* Sed quis solvet istam quinquagesimam? Gloss. parva super verbo *accipere* in dict. l. fin. dicit, quod novus emphyteotæ, et ita notat ibi Jaso 15. notabili.

(13) *A Orden.* Istud non ita benè erat declaratum per leges juris communis. Speculator tamen in dict. §. *nunc aliqua*, versic. 116. dicit, quod provinciales de consuetudine ponunt in istis contractibus, quod non possit emphyteosis alienari in Ecclesiam, vel clericum, vel militem, et quod videantur prohibita Ecclesiæ, capitanei, et milites, et aliæ personæ non idoneæ facilitate conveniendi, ut in l. 2. *D. qui satisd. cogantur*: sed Innocen. Joan. Andr. Hostiens. in dict. cap. *potuit*, dicunt, non reperiri hoc in jure expressum, quæ personæ videlicet sint prohibita; nisi tantum id quod habetur in l. *curialis* 50. et in l. *milites* 51. *C. locat.* Et ex ista lege Paritæ, et ejus verbis videtur prohibita Ecclesiæ, monasteria, clerici, monachi, et milites, et personæ potentiores, et pauperes notabiliter, seu evidenter, à quibus verisimiliter exigi non potest pensio, seu canon emphyteoticus; et idem videtur de mulieribus, eo quod pro debito carcerari non possunt, ut in authent. *sed hodie*, *C. de offic. divers. judic.* et in l. *Taurina* 62. et vide etiam de his per Jason. in dict. l. fin. col. 142. totius tractatus, cum duabus sequentibus.

(14) *Perderia.* Ista lex tantum videtur imponere pœnam caducitatis, in casu quores emphyteotica alienari in personam prohibitam: dic tamen idem esse, et si alienet in personam non prohibitam, irrequisito domino, ut supra in princ. l. dixit; et licèt in hoc casu non exprimat hie de pœna caducitatis, suppletur tamen per dictum capit. *potuit* 4. *de locat.* et per dict. l. fin. in fine.

TITULO IX.

DE LOS NAUIOS E DEL PECIO DELLOS (a).

Nauios de muchas maneras alogan los mercaderes, para leuar sus mercadurias de vn lugar a otro: e porque a las vegadas por tormenta de mar, o por otra ocasion se quebrantan (1), o se pierden; e despues nasce contienda entre los mercaderos, e los maestros, e los marineros, en razon del precio. E porende, pues que en el Titulo ante deste fablamos apartadamente, de los logueros, e de los arrendamientos; queremos aqui dezir, de los nauios, que despues que son alogados peligran sobre mar. E mostraremos, que cosas son tenudos de guardar, e de fazer los maestros de los nauios, e los marineros, a los mercaderes que fian en ellos. E despues diremos, como se deve compartir el daño entre

ellos todos, quando acaesciese, que las cosas de algunos dellos echaren en el mar, por razon de tormenta. E sobre todo fablaremos del vaziamiento de los nauios. E del pecio dellos. E de todas las cosas, que a alguna destas razones pertenescen.

(a) Tit. 23, lib. 4 del F. R.—L. 7, tit. 26, lib. 7; y Tit. 8, lib. 9 de la N. R.

TITULUS IX. DE NAVIBUS.

(1) *Se quebrantan.* Quærunt aliqui, si sapiens in navigio positus possit insipienti naufragio tabulam extorquere, utrum debeat? Beatus Ambrosius lib. 5. *officiorum*, capit. 4. respondet in hæc verba: Mihi quidem, etsi præstabilius communi videatur usui sapientem de naufragio, quam insipientem evadere; tamen non videtur, quod vir christianus, et justus, et sapiens quærere sibi vitam aliene morte debeat, utpote qui, etiamsi in latronem armatum incidat, ferientem referre non possit, ne dum salutem defendit, pietatem contamineat.

LEY I.—Que cosas son tenudos de guardar, e de fazer los maestros de las naues, e los mariueros, a los mercaderos, e a los otros que se fian en ellos.

Naucheros (1), e maestros, e patrones, son llamados los mayorales omes por cuyo mandado se han de guiar los nauios. E a estos pertenesce señaladamente, de catar (2), ante que los nauios entren sobre mar, si son calefeteados, e bien adobados, e bien guardados, e bien guardados con todos aparejamientos, que les son menester; assi como de velas, e de masteles, e de cuerdas, e de entenas, e de ancoras, e de remos, e de todas las otras cosas que pertenescen en los nauios, segun que conuiene, e ha menester cada vno dellos. E avn demas desto, deuen leuar consigo tales omes, que sean sabidores, para ayudarles a guiar, e endereçar, e a goernar los nauios. De manera, que si non gelo embarcare tempestad, o tormenta de la mar, que puedan yr endereçadamente, a aquellos puertos, o lugares, que han voluntad de yr. E que por culpa de los que han de goernar los nauios, non cayen en peligro los mercaderos, nin los otros omes que los logaren, de perderse ellos, nin sus cosas. Otrosi dezimos, que deuen leuar consigo vn Escriuano, que sepa bien escreuir, e leer: e este atal deve escreuir en vn quaderno, todas las cosas que cada vno touiere, e metiere en los nauios, quantas son, e de que natura. E este quaderno (3) atal ha tan gran fuerza, sobre todas las cosas que son escritas en el, que deve ser creydo tambien como carta que fuesse fecha de mano de Escriuano publico. Otrosi tenudos son, de bastecer los nauios de armas, e de bizcocho (4), e de todas las otras cosas, que ouieren menester para su vianda, e de agua dulce, ellos, e sus marineros. E deuen apercebir a los mercaderos, e a los otros omes, que ouieren de leuar en los nauios, que fagan esso mismo; de manera, que lieuen agua, e vianda, la que les fuere menester. E avn armas (5), aquellos que las pudieren leuar, o auer, para ampararse de los cursarios, e de los otros enemigos, si menester fuere (a).

(a) Con preferencia á esta ley debe observarse lo dispuesto en las ordenanzas de marina y de matrículas de mar, con las demas disposiciones del ramo.